



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

4. Eiusdem dogmatis, à ratione demonstrationes naturales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

cum in decernendis, tum in exequendis creatis absolute libertatem demonstrent, sic in illud 1. Corinth. 11. *dividens singulis prout vult.* 2. de fide cap. 3. aiebat Damascenus. Pro libero voluntatis arbitrio, non pro necessitate obsequio. Et Bernard. citato loco modum redemptionis nostre non necessitate, sed mera libertate elegisse Deum ait: & Augustinus citato cap. 1. & 1. de spiritu & lit. longe à medio, paulatim fieri voluisse gentium in terræ promissionis extirpationem, cum semel fieri ab ipso posset. Citatus Emilianus incarnatione nos redemptos, cum aliter possumus, quia placuit Deo. Athanas. Orat. 2. contra Arianos circa medium. *Sicut cum posset ab initio sub Adam, aut Noë, aut Moysē verbum suum mittere: non autem misit, nisi in consummatione sæculorum: ita quoque creatis, cum voluit. Et ipse vult fuit. preceperunt.* Augustinus vbi proxime ad illud. *An putas Matth. 26. Omnipotentis voluntas multa potest facere, quæ non vult, nec facit.* Et cap. 95. Enchirid. post med. *Tunc autem in clarissima luce sapientia, videbitur (quod nunc piorum fide habet, antequam manifesta cognitione videatur) quam certa. Et immutabilis. Et efficacissima sit voluntas Dei, quam multa possit. Et non vult, nihil autem velle, quod non possit. Et cap. 98. initio: quis porro tam impie dicitur, et cetera Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, in bonum non posse convertere? & lib. de natura & gratia cap. 7. Potuisse Deum Iudam à spiritali morte suscitare, & ut omnes homines in gratia persequerent, facere, si vellet doceret de bono persequi. cap. 8. & 9. Damascenus. 1. de fide sine scrupulo Deum omnia, quæcumque vult posse, non autem quæcumque potest velle.*

1. Idem argumentum subordinationis Omnipotentie voluntati diuine in operando pro Dei absolute libertate in decernendis, exequendisque creatis continetur in locis scripturæ, & Patrum, quibus ea non, nisi sub diuina voluntatis conditione, fore dicuntur Eccles. 39. *Si enim Dominus magnus voluerit spiritum intelligentia replebit illam.* Ethier. 3. *Si dederit salutare, nos continuo liberabitur.* 1. Corinth. 16. *Sp. o me aliquantulum temporis, si Dominus permiserit.* Iacobi 4. *Pro eo ut dicatis, si Dominus voluerit, & Sapient. 12. subest enim tibi, cum (suo) si voluerit, possit.* Quæ sane voluntati diuine potestas, cum nolte, tum omnipotentia in suis in suis, nostrisque operibus edendis phrasia apud Scripturam, & Patres frequentissima, quæ omnia in manu Dei esse dicitur, eodem robore demonstratur: *Hebr. 12. Ecce sicut latuit in manibus, sic nos in manu mea domus Israel.* Quæ similitudine eadem omnium voluntati diuine subiectionem demonstrant. Ilias cap. 47. Ecclesiast. cap. 33. Paulus ad Roman. 9. quibus locis Patres, & interpretes Catholici omnes. Denique, idem argumentum clauditur locis omnibus, quibus opera sua Deus, vel omnes ipsa, sub particulari voluntatis euentura præannuntiant. Neque enim dubium Deo, futura sint nec ne; homines autem eorum à diuina voluntatis arbitrio dependentiam particulis illis præstentur. Exod. 19. fine. *Nec ascendant ad Dominum, ne forte interficiam illos ait Moyses & c. 33. Deus. No forte interficiam te in via: loque 14. Si forte sit Dominus mecum: sicut promissit mihi: 1. Reg. 14. Si forte facias Dominus pro vobis: quia non est Dominus difficile salutare, vel in malis, vel in paucis: 2. Reg. 2. ait David ieiunasse pro filio, & fleuisse pro filio dum viveret, dicebam enim: quæ si forte daret enim mihi Dominus Actor. 8. Pueri, non ego, si forte remittatur tibi hæc coactio cordis tui. Daniel. 4. *Foris ignosce delictis tuis. Hæc porro omnia pro secundo argumento data multa Patrum eruditione sumamus 1. de Deo vno controu. 3. pro nostræ voluntatis indifferenti potestate, & libertate, contra nec duas potestates decernat. Et quoad confirmationem, hæc potestates dedimus non pauca controu. 2. dum de voluntatis coniecturalem diuinam de coniectibus coniecturam contra eodem confutabamus.**

4. Augustin. 6. de Genes. ad lit. cap. 14. fine eadem subordinationi insistent ait. *Resistat igitur, ut ad verumque modum habiles creatura sint, sicut ad istum, quo videntur temporaria transcurrunt, sicut ad illum, quo videntur æternitatem habere: sicut Deo facere placuerit, quod temporis, aut æterni. 2. cur Deus homo cap. 17. sub initio: quoniam omnia quæ vult, & non, nisi, quæ vult*

facit: sicut nulla necessitas, sine impossibilitate præcedit eius velle, aut nolle, ita nec eius facere, aut non facere. Dixerat c. 5. sub finem, *Deus nihil facit ne esset, quia nullo modo cogitur, aut prohibetur aliquid subire, quod ipsum est agentis liberi definitio: atque ut minimum apud omnes ex negatione necessitatis, siue existendi, siue agendi contradictorijs possibilitas, ac subinde contingencia existendi, seu libertas operandi euidenter inferatur.* Cui principio regulæ omnes contradictoriorum æquipollentium, & conuertionum in modalibus innituntur. Illudque obseruauit idem Damasc. eod. lib. c. 17. iniquens; *quod necesse est esse, impossibile est non esse: & quod necesse est non esse, impossibile est esse: & conuersum.* Athanas. sæpe oratione 2. contra Arianos. sub med. & orat. 4. fol. penult. docet, nihil Deum necessitate operatum, sed cum voluit; cum antea etiam creare potuisset, ac tunc non crearet, quia delibere & eligere in utramque partem momenta sua habet: & ea affectio (quam sæpe ibi cum Paulo beneplacitum vocat) in naturam rationalem cadit Iustin. M. quæst. 114. ad Orthodoxos actionis diuine potentiam non naturali necessitate, sed proprio consilio consistere: Clemens Romanus 3. Recogn. vers. med. & 7. Const. cap. 35. post medium solus es Omnipotens, quando enim vis adest tibi, ut possis. Tunc enim æterna potentia si manifestat. Nyssen. 6. Philosc. 4. siue vlt. vel potius Nemesius lib. de animæ facultatibus cap. 38. à medio, & 9. Bibliot. Non enim necessitati Deus pareat. Alij legunt, non sub necessitate est Deus: neque fas est dicere eius voluntatem necessitati seruire. Etenim necessitatis ipse Author est. Inferiuscule: ipse Deus non solum extra omnem necessitatem locutus est: sed etiam eius Dominus, & Author est. Cum enim sit potestas, & natura libera potestatis, nihil neque natura necessitate: neque legis sanctione facit, sed omnia sunt illi contingencia, etiam quæ sunt necessaria: respectu scilicet naturalium causarum. Hilari. de Synod. ante med. ad can. 6. Symonæ extra corporalis natura necessitatem liber manens, quod vult, & cum vult, & ubi vult, ita præstat ex se. Mitto alia ex Patribus, quæ à ratione subiciendas probationes continent, oportunus probationibus annectenda.

CERTAMEN IV.

Eiusdem dogmatis, à ratione demonstrationes naturales.

1. Demonstrationes naturales, certam, hoc pro eadem veritate subiciende resellunt OKanum & Gabr. in 1. d. 43. quæst. 1. art. 2. sine assentes, non posse illam ex principijs ad purum naturalibus demonstrari, est autem demonstratio naturalis prima ex illo principio naturali, omne agens naturale, & necessarium, seu naturaliter, & necessario, ac non ex electione, & arbitrio suæ voluntatis operatur in quantum potest; ergo si Deus ita operatur, operatur in quantum potest. Vel ergo plura, quam operatus est, alibi in spatio durationis, & loci, non potest Deus operari, vel alia etiam præterea potest. Si alia potest: ergo non operatur in quantum potest: ac subinde agens naturale, & necessarium in operando non est, sed per arbitrium liberum, & electionem ex his, quæ potest, quædam producit alijs omis: quod dogmatica, & naturalis veritas, quam contendimus est, & aduersæ propositioni contradicens: Nec valet negare principium, quia causæ naturales, nec semper, nec vbiis quidquid possunt operantur, ut patet in sole, igne, & reliquis. Ea siquidem vbi, & quando non operantur quidquid possunt, est defectu alterius, quod, ut operentur requirunt; nec suæ actiue virtutis est, vel ponere, vel auferre, omnino prouenit: cuiusmodi defectus actiue potentie, siue Omnipotentie Dei nequit adscribi: quin Deo Omnipotentia lumine naturali nota, & demonstrata negetur.

2. Si verò dicas nihil Deum facere posse ultra ea, quæ fecit, inquiri: an fecerit finita solum? & in se, & loco, ac duratione? an finita, & spatio, ac duratione tota possibili, seu imaginaria, cuius eius duratio, & immensitas,

EGA
pari
tia

